Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



putans; credens eam manu Martyris tactam ac prolongatam, partem, qua superfuerat, frustratim decerpens, diversas infirmitates sese submovit. Quod Fortunatus Presbyter his verbis profaenatus est.

Laurenti merito flammis vitalibus uste!
Qui ferventi fide victor abigne redis.
(Vir dilecte Deo! terreno in corpore quondam,
Tunc quoque sidereus jam tibi sensus erat.
Qui potuisti oculos tactu revocare sepultos,
Rursus et in vacua fronte referre diem.
Luminis extinctas iterum accendisse lucernas
Credimus hac signo te faciente crucis.
Addita nunc etiam populis miracula praestas,
Et fidei tribuis indubitanter opem.)
Dum tibi templa novat breviori robore plebes,
Creverunt que trabes; crevit et alma fides.
Stipite contracto sua se mercede tetendit,
Quantum parva prius, postea casa fuit.
Crescere plus meruit succisa securibus arbor,
Ut didicit sica longior esse coma.
Unde recisa fuit, populis fert inde salutem,
Si venit intrepidus, lumina caecus habet.
(In levita sacer poena purgate fideli,
Unde prius flammas, hinc modo lumen habes.
Visa ita temporibus venerandi antistitis acta,
Sed tamen aeterno sunt memoranda die.)

Multos plures exinde fingit versiculos, quos ego praetermisi. Hos tantum pro testimonio veri scripsi. Acta sunt autem hoc apud Brionas Italia castrum. Nam vidi ego hominem, qui dentium dolore laborans, accepta de hoc signo de Sacerdote particula, statim ut dentem attigit, dolore protinus caruit. Quasto grandis, an hoc Italia castrum Briones idem cum Veldidena sit, solvitur a Koehmanno in disquis. crit. Tartarotti. c. 16. Fortunatus esse Briones ad Genum ponit l. cit. Add. 56: et Guo in epist. ad Gregorium Turon. Genum Breonis fiunt Liam Bajuvaria, Danubium Alemannia, Genum Germania adscribit. Paulus Diaconus l. 4. c. 4. In regione Brionum, ait, sanguis de nubibus fluxit, et in Eno fluvio quasi rivuli cruoris emanarunt. ~~Addit Fortunatus l. c.~~ Briones porro ~~in Italia~~ eo tempore, quo miracula contigit, Italia partem ~~conti~~ fuisse, Paulus videtur innuere, dum l. 2. c. 4: et haec quidem mala intra Italiam usque ad fines gentium Alemannorum et Bajoariorum solis Romanis acciderunt.

versus parenthesibus inclusi, a Gregorio omissi, ex collectione Maffari l. 8. c. 14 suppleti sunt. +